Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



422

corripet et conprehendet eos bellū fortissimū, qd nequaqm possit euade
ondens ferocitatē romanorū Cumq; ex omni parte obsessus sit et nichil in se ha
beat sanitatis, tū nō intelligit multitudinē peccatorū suorū pene sue, q; idcirco puniti sit qa
di filiū nō recepit Et nūc hec dicit dns creans te iacob, et formans te
israel Noli timere, quia redemi te, et uocaui nomine tuo meus es tu Cum transie
ris per aquas tecū ero, et flumina nō operient te Cum ambulaueris in igne nō
obureris, et flamma nō ardebit in te, quia ego dns deus tuus sanctus israel
saluator tuus Dedi propitiationem tuam egyptū et ethiopiam et saba pro te
Ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus, ego dilexi te Et dabo
homines pro te et populos pro anima tua Noli timere, quia tecū ego sum Ab oriente
adducam semen tuū, et ab occidente congregabo te Dicam aquilonī da, et
austro noli prohibere Adduc filios meos de longinquo, et filias meas
ab extremo terre Et omnes qui inuocant nomen meū in gloria mea cre
ui eum et feci eum Educ foras populum cecum et oculos habentem, surdū et aures
eis sunt Omnes gentes congregate simul et collecte sunt tribus Quis in
uobis annunciabit istud, et quae prima sunt audire nos faciet, et dent testes eorum
et iustificentur et audiant et dicant Vere uos testes mei dicit dns, et
seruus meus quem elegi, ut sciatis et credatis mihi, et intelligatis quia
ego sum Ante me non est formatus deus, et post me non erit Ego sum
ego sum dns, et non est absque me saluator Ego annunciaui et saluauī au
ditum feci et non fuit in uobis alienus Vos testes mei dicit dns, et ego
deus, et ab initio ego ipse, et non est qui de manu mea eruat Operabor, et quis
auertet illud Hec et nūc sic dicit dns deus, qui fecit te iacob, et creauit
te israel Noli timere quia redemi te, uocauī te nomine tuo, meus es tu Et
si transieris per aquam tecum sum, et flumina nō operient te Et si transieris
per ignem nō obureris, flamma nō exuret te, quia ego sum dns deus tuus
sanctus israel saluator tuus tuum Feci commutationem egyptū et ethiopiam et saba
pro te Ex quo honorabilis factus es, et in honore factus, et ego dilexi
te Et dabo homines pro te, et principes pro anima tua Noli timere quia tecū sum
Ab oriente adducam semen tuū, et ab occidente congregabo Dicam aquilonī
adduc, affricō noli prohibere filios meos de terra longinqua, et filias meas
a finibus terre, omnis qui uocatur nomine meo In gloriam meam creauī illum, et plas
mauī eum et feci illum et eduxi populum cecum qui habet oculos, et surdi sunt
aures eius Omnes gentes congregate sunt simul, et quaerunt principes eorum Quis
annunciabit hec, aut quis a principio sunt quis annunciabit vobis Adducant testes
suos et iustificentur, et audiant et loquantur Vere estote michi testes, et ego
testis dicit dns deus, et puer meus quem elegi, ut sciatis et credatis et intel
ligatis quia ego sum Ante me non fuit alius deus, et post me non erit Ego deus
et non est preter me saluator Ego annunciaui et saluos feci, et exprobraui